

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria mala siue uana u
cum fontibus proximo et primo

CHRYSOSTOMUS In Matth. (hom. 21).

Postquam vanae gloriae expulit aegritudinem,
optime iam sermonem de contemptu diuitiarum inducit.

Nihil enim ita pecunias concipiscere facit ut gloriae cupido:
propter hoc namque famulorum greges

et auro opertos equos
et argenteas mensas

expetunt homines,
non ut utilitatem aut uoluptatem impleant,
sed ut multis ostendantur;

et hoc est quod dicit

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.

Thomas de Aquino, *Catena aurea in quattuor euangelia,*
expositio in Mattheum, 6.14 (P.A. Guariento ed., p.111).

Nihil enim ita pecunias concipiscere facit ut glorie cupido.
Propter hoc namque famulorum greges,

equos auro opertos,
et argenteas mensas

expetunt homines,
non ut utilitatem aut uoluptatem impleant,
sed ut multis ostendantur.

Crisostomus super Mattheum.

Nihil enim ita pecunias concupiscere facit, ut glorie cupido.

Propter hoc denique et famulorum greges,

et eunuchorum cetum,

et auro opertos equos,

et argenteas mensas,

et alia que derisibilia sunt

expetunt homines,

non ut utilitatem impleant, neque ut uoluptate potiantur,

sed ut multis ostendantur.

Iohannes Chrysostomus, *In Mattheum homiliae interpretatione*
Burgundio, 20 (Biblioteca apostolica Vaticana, MS Vat. lat.
383, fol.79ra, ll.20-28). cf. PG 57, col.288-9, ll.58, 1-6.